



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XXVII. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Elzearius Comes, ut virginitatem tueretur immaculatam, cilicio corpus, DEI & Matris ejus amore cor vallabat, sabbatho plerumq; divinis illustrationibus auctus, vile mundi totius nihilum contemnere didicit. Miram in Ave MARIA recitando suavitatem expertus, orationis & vitæ Magistram à JESU MARIAM accepit. *In vita.* Nos eâdem Magistrâ quàm dissimiles discipuli?

S. Elzeari ora pro me Deiparam, ut universam vitæ meæ obsequium suis unitum meritis Filio offerat, proq; residuo vitæ tempore, & potissimum mortis articulo gratias impetret, quibus adjutus Divinam in omnibus expleam voluntatem. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: certum mihiq; familiarius peccatum, aut defectum specialius hodie amore Deip. cavendum statuam.

Nec à Dominatione, nec à potentia Filii Mater potest esse disjuncta. Una est MARIE & Christi caro, unus spiritus, una charitas. B. Arnold. Abb.

Quæstio: An B. V. futura contingentia præcognoverit in eorum causis? v. Vega; Theol. Mar. n. 1002.